



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De induciis criminatorium episcoporum quales esse debeant. clxxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

vnquam concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta apostolica authoritate.

De inducijs criminatorum episcoporum, quales esse debeant. Cap. CLXXX.

DE inducijs verò episcoporum, super quibus cõsuluitis diuersas à patribus regulas inuenimus institutas. Quidam enim ad repellenda imperitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & concilia episcoporum, atque amicorum quarrenda, annum & sex menses mandauerunt concedi: quidam autè annum, in quo plurimi cõcordant. Minus verò quàm sex menses non reperi: quia & laicis hæc indulta sunt, quanto magis domini sacerdotibus? Nam & à nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multoties inhiberetur est, ne quis domini sacerdotes detractionibus nõ ex radice charitatis prolatis vexet. Quiescite inquit, & nolite persequi eos, qui deo perfectè ministrant, quorù orationibus & terrena bella sedantur, & recedentium angelorum pelluntur incurfus, quique omnes dæmones corruptores precum assiduitate confundunt. Induciæ nanque non sub angusto tempore, sed sub longo spacio concedendæ sunt, vt accusati se præparare, & vniuersos communicatores in prouincijs positos conuenire, & testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare, valeat. Iudices enim & accusatores tales esse debent, qui omnino careant suspitione, & ex radice charitatis suam desiderant promere sententiam.

De episcopo Centuriensi, qui causam suam in synodo agere rennerat. Cap. CLXXXI.

DE Quoduulteo etiam Centuriensi, quoniam aduersarius ipsius quum se petisset introduci ad concilium nostrum, interrogatus vtrum cum eo veller apud episcopos experiri, primò promiserat, & alia die respondit hoc sibi non placere atque discessit: placuit omnibus episcopis, vt nullus eidem Quoduulteo communicet, donec causa eius qualem potuerit terminum sumat. Nam adimi ei episcopatum antequàm causæ eius exitus appareret, nulli Christiano videri iure potuerit,

Ex epist.

Felicis pa

pa 2. fra

tribus æ

gyptiorù

missa, ca.

15.

Ex cõcil.

Africa.

no, ca. 54